



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 94. Diæceses Elisabethæ Reginæ jussu lustratæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

necnon palatum Regium cum omni Sæcul. XVI.  
suppellectili Administratrici restitue- A.C. 1559.  
rentur.

Hæc pacta utriusque parti oppido erant  
necessaria; quippe foederati ad repa-  
randas vires suas opportunum quære-  
bant temporis spatium: Administratrix  
vero hujus intervalli beneficio armorum  
suppetias ex Galliis sese interea rece-  
pturam sperabat; quapropter pacta in  
induciis stabilita haud diu servare cu-  
rabat, moxque Leithæ propugnacula  
reparare jufferat, ac Protestantibus hanc  
urbem incassum obsidentibus ipsa hosti-  
les copias, quas Edimburgum se rece-  
pisse noverat, cum toto suo exercitu  
ineunte Mense Novembri insequebatur,  
illasque inopino aggressa tam prospero  
successu obruebat, ut foederati relicto  
Edimburgo Sterlinum auffugere com-  
pellerentur: hæc itaque prima fuit  
Scotorum tumultuum origo.

#### §. XCIV.

#### *Diæceses Elisabethæ Reginæ jussu lustratæ.*

Interim Elisabetha Regina pro summo imperio Religionis negotia in Angliæ Regno assidue moderabatur, ac præ-<sup>Burnet hist. de la ref.</sup> l. 3.  
primis sacras imagines in Templis asservari præcipiebat, cum illas plurimum ad excitandam pietatem conferre

**Sæcul. XVI.** censeret, atque exinde Ecclesiæ majori  
A.C. 1559. confluentium numero conspicuas reddi  
 speraret. Verum reclamantibus Episcopis, ac Protestantibus ipsa, si fidem  
 non mutavit, saltem aliam induit agendi  
 rationem; quippe imagines, picturas,  
 & statuas ex Ecclesiis afferri præcepit;  
 quinimo haud contenta, quod decreta  
 Ecclesiastica regnante Eduardo VI. fra-  
 tre suo sub primo regiminis anno promul-  
 gata rursus innovasset, insuper alia  
 nova condidit, quorum præcipua hic  
 referimus.

### §. XCV.

*Præter decreta Ecclesiastica ab Eduar-  
 do condita, adhuc alia per  
 Elizabetham stabilita.*

I taque præprimis Sacerdotibus, & Dia-  
 conis matrimonia inire inhibuit, nisi  
 prius Episcopus Diocesanus id permi-  
 ferit, atque accedente utriusque Ur-  
 bani Rectoris consensu etiam cognati,  
 vel mulieris amici consenserint. II.  
 Præcepit, ut Ecclesiastici juxta utrius-  
 que Universitatis confuetudinem ve-  
 stiantur. III. Omnes Officio Divino in  
 quavis Parochia affstant. IV. Durante  
 re Divina non aperiantur cauponæ. V.  
 Prædicatores a loci Ordinariis Verbum  
 Dei annuntiandi licentiam postulent.  
 VI. Episcopi in quavis Parochia tres,  
 vel